



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

quis a me... creditor precario nomine retinet, ut uolunt... dicitur doctor in d.l. interdum. & in d.l. quod meo. &...

dicere, & in c. conquestus. de usur. l. 1. & 2. cum simil. C. de pign. act. Ex quibus apparet, creditorē ipsum se...

S V M M A E.

- 1 In corporalibus quasi possessio etiam ex unico actu acquiritur.
2 Presentatio unica constituit quem in quasi possessione iuris patronatus, seu iuris presentandi.
3 Possessio naturalis acquisita ex locatione ad longum tempus, emphyteosis, & ex fundo, illis finitis statim cum civili, quae erat apud dominum, consolidatur.

E P I T O M E.

Sequestrationem affectuum per colonos, & alios soluendorum esse cum satisfactione reuocandam ad fauorem dominorum locatorum, ob finitam locacionem propter pacta non seruata, & propter alia, de quibus in consilio, hic probatur.

C O N S I L I V M L X X I I.

IN causa sequestrationis affectuum factae ad petitionem hominum uillae fontane penes Bernardinum de Desideriis, & socios contra Hannibalem de Cullellinis conductorem bonorum dictorum hominum, concludendum esse magis de iure existimo, dictam sequestrationem ad fauorem non dicti Hannibalis, sed potius dictorum hominum esse reuocandam, praestita tamen satisfactione, de qua in statuto posito sub rub. de sequestra. in §. & in praedicta satisfactione & c. ubi cauetur, quod in satisfactione praestanda, et reuocatione fienda praferendus sit uerus possessor detentori, seu simpliciter detinenti, et quoniam praesupponitur ex aduerso dictum Hannibalem esse in quasi possessione percipiendi dictos affectus a Bernardino, et sociis praefatis conductoribus certorum bonorum dicti conditoris, et propterea sequestrationem debere ad eius utilitatem reuocari praestita satisfactione, prout per do. iudicē a quo pronunciatum fuit, uidentem est, an Hannibal sit in dicta quasi possessio-